



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXVI. Markgraf Ludwig bestellt Hasso von Falkenburg zum Vogte von Arenswalde, Reetz, Dramburg, Kallies und Rörenberg, am 3. Januar 1349.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXV. Markgraf Ludwig verleiht das Schulzenamt zu Arenswalde, am 1. Januar 1349.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Godekino et Nicolao fratribus Schultetis et Arnoldo et Matheo patris, dictis Heynspergh, nostre civitatis Arnswold civibus, fidelibus nostris dilectis, ipsorum veris et legitimis heredibus iudicium ac officium prefecture civitatis cum singulis et universis pertinentiis eisdem videlicet iudicio et officio prefecture de iure vel ex debito spectantibus qualitercunque nominatis et quocunque situatis et specialiter quatuor frusta annuorum reddituum in censu mansorum et unum frustum in censu, vulgariter ruden tzins dicto, predictae civitatis sita et lacum dictum Czantzick, in campis predictae nostre civitatis situm, cum singulis pertinentiis ad pretactum censum et lacum pertinentibus, nec non cum singulis et universis usufructibus, commodis, iuribus et honoribus premissis adiacentibus, manu coniuncta perpetuis temporibus, a nobis debiti pheidii titulo tenendum et sine inquietacione qualibet quiete et pacifice possidendum. In cuius etc. Testes Ludovicus de Wedel, Wolffsteiner, Bombrecht, Hasso de Valkenburg, Thidericus Brederlow, milites, Henningus de Vchtenhain, Wolff etc. Datum nove Berlin, Anno MCCCXLIX. die circuncisionis domini.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 130. und einer von Hackwig'schen Abschrift.

XXVI. Markgraf Ludwig bestellt Hasso von Falkenburg zum Vogte von Arenswalde, Reetz, Dramburg, Kallies und Nörenberg, am 3. Januar 1349.

Sabbato post Circuncision. domini dominus constituit Hassonem de Valkenburgh in advocatum Civitatum Arnswold, Retze, Dramborgh, Kallies, Nurenberch et villarum seu districtuum adiacentium et habet consimilem formam, sicut dominus Morner et dicti de Vchtenhain, excluso de prelatiis cum vasallis et mericis.

Aus der Diekmann'schen Urkunden-Sammlung der Breslauer Universitäts-Bibliothek.

XXVII. Die Städte Arenswalde, Friedeberg und Landsberg verbürgen sich den Städten in der Mark dafür, daß der Markgraf Ludwig die stattgefundenen Vorfälle sie nicht entgelten lassen werde, am 25. Juli 1349.

Wir Ratman der stede Arnyzwolde, Fredeberge vnd Lanzeberch Bekennen offenbarlich in dessen brieff, daz wir allen Stetin vnd ratmannyn in der Mark gelobit haben vnd gelo-